Tandemq; de ferro fuit ultima.
Exierat verba illicò pessima
In seculum tale omne nefas dolor!
Fugere prorsus quo pudor et fides
Locum tenebant nequitia et dolus.
Dans vela ventis rapita; quos minus
Norat, carinas fluctibus impiger
Comisit, altis quae steterant diu
In montibus. Comune prius solum
Ceu lumen aurae Solis et, arbitro
Decempedator limite praescidit.
Tantum nec usus quicquid aurum sibi
Requirit hujus vitae, Summus hospita
Epiide ~~posce~~ poscebatur ab incolis.
Foedere terrae sed quoq; viscera
Admoverat quas, dum Stygiis locis,
Causas malorum sine effodiunt opes.
Tellure ferrum prodierat nocens,
Aurumq; ferro ac aere nocentius
Provenerat jam, bellaq; prodeunt,
Pugnant quae utrisq; sanguinea manu
Et arma vibrant seu crepitantia!
Vivunt rapinis, hospes ab hospite
Non tutus usquam, non genero socer,
Rarissima est fratrum quoq; gratia.
Et vir pericto conjugis imminet,
Uxor mariti: perfida liberis
Noverca miscet pocula lurida.